plum ad medium deducitur, de quo et ille iudicatus est, qui tale aliquid fecisse perhibetur. Nonne vides, quod huiuscemodi trans-
/ partes 3. gressores etiam apud anteriores patres*/ iam iudicati sunt?

11. Iuramentum, quod ad scelus committendum pertinet, non sit observandum. Def. Cum summo pontifici in omnibus sit obediendum, tu e contrario dicis, ut quicumque ex clero se illi iuramento constrinxerit, quatenus ad subvertendam praefatam ordinationem adiutor existat, canonica iudicio sit plectendus. Def. Ad scelera committenda nulli umquam potestati obtemperandum est, quia
a/ perdes 1. odit Dominus omnes qui operantur iniquitatem, et perdet*a/* eos, qui loquuntur mendacium. et apostolus: Non solum qui faciunt prava, sed et qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua. Int. Quisquamne
x/ libenter 3. fidelium iuramentum, quod semel spoponderit, audebit licenter*x/* irritum
x/ q. peccatum 1 facere? Def. Iuramentum, quod*x/* peccato*x/* alienum est, prevaricari non debet; iuramentum autem, quod pertinet ad scelus committendum, observari nefas est. Ut cetera omittam, David ad preces Abigail flexus remissius elegit periurium incurrere, quam homicidium perpetrare. Herodes
x/ iusiurando 1. autem, quia in iusiurando*x/* discretionem habere neglexit, homicidii reatum incurrit. Attende inquam, quid ex hoc Ysidorus sen-
x/ senseat 3. tiat.*x/* Ait enim: Non est conservandum sacramentum, quod male
x/ adulter 1. incaute promittitur; veluti si quispiam adulterae perpetuam cum ea manendi fidem polliceatur, tolerabilius est non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio. Def. Huiuscemodi
x/ quisque 3. testimonium non satis idoneum apparet, ut quisquam*x/* pro tali
a/ Niceni 1. iuramento a sacro ordine sit removendus. Def. Post Nicenum*a/* concilium Calcedonensis sinodus auctoritatis retinet palmam. Illa